

## Ovatio: Maria Marsilio

**O socii, neque enim ignari sumus ante bonorum,<sup>1</sup> cui donavimus nostros libellos studiorum eruditorum, lepidos et venustos, plenos varietatis et aequitatis, cura studiosa quotannis expolitos?<sup>2</sup> Huic feminae, doctae et laboriosae.<sup>3</sup> Inter cursibus citatis larvas<sup>4</sup> prope cunabulam libertatis educata, gradum Baccalaureae Artis est adepta prope urbem numquam dormientem, apud universitatem beatae memoriae pollicentem sapientiam per vitam, maestissime sine facultate sustinendae vitae suae.<sup>5</sup> Gradum Philosophiae Doctoris obtinuit apud universitatem profitentem leges cum moribus esse validissimas,<sup>6</sup> ultima manu imposita operi de operibus diebusque. Scripta poetarum Latinarum magna cum prudentia illuminavit; excoluit multis cum discipulis feminarum Romanarum mundos. Peritissima non solum praeciendi sed etiam administrandi, corroboravit et universitatem amplectentem spiritum, intellegentiam, propositum<sup>7</sup> modis innumerabilibus. Et custodivit societatem nostram, alentem scientiam artium causa,<sup>8</sup> per varios casus, per tot discrimina rerum.<sup>9</sup> Plaudamus igitur Maria Marsilio.**

**Judith P Hallett, University of Maryland, College Park**

Members of this organization (for we are not unaware of its past accomplishments), to whom have we entrusted our programs that share scholarly research, charming and appealing, abounding in diversity and fairness, finalized every year with devoted care? To this woman, learned and hardworking. Raised in the Philadelphia suburb of Abington, she received her BA on the outskirts of New York, from the College of New Rochelle, which sadly closed its doors in 2019. She earned her PhD at the University of Pennsylvania, after completing a dissertation that evolved into a book on Hesiod's *Works and Days*; in collaboration with many of her students, she has made major contributions to the on-line *Companion to the Worlds of Roman Women*. Most gifted not only as a teacher but also as an administrator, she has strengthened Saint Joseph's University in innumerable ways. And she has helped safeguard our organization through different crises, through so many challenges. Let us thus applaud Maria Marsilio.

---

<sup>1</sup> Vergil, *Aeneid* 1. 198: *O socii neque enim ignari sumus ante malorum*

<sup>2</sup> Catullus 1. 1-2 (*cui dono lepidum novum labellum/arido modo pumice expolitum*)

<sup>3</sup> Catullus 1. 6-7 (*chartis/doctis, Iuppiter, et laboriosis*).

<sup>4</sup> The "Galloping Ghosts" are the Abington High School mascot.

<sup>5</sup> "Wisdom for Life" was the motto of the College of New Rochelle.

<sup>6</sup> *Leges sine moribus vanae* is the motto of the University of Pennsylvania.

<sup>7</sup> "Spirit, Intellect, Purpose" is the motto of Saint Joseph's University.

<sup>8</sup> *Causa artium alit scientiam* is the motto of CAAS.

<sup>9</sup> Vergil, *Aeneid* 1. 204 *per varios casus, per tot discrimina rerum*